



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaë

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXVI. Noverca.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

cobab. Cleric. Nec enim omne notorium est, quod pro notorio jactatur. *cap. consilium 14. extr. de appellat. nec quicquam adeo notorium est, quin præsumat aliqva adversus illud competere defensio seu excusatio.* Nevizan. *consil. 37. num. 29.* Curt. *consil. 21. col. u. add. & Just. Sinolt. cognomento Schütz de stat. Reipubl. Roman. disput. 4. in marg. 17. lit. D. p. 195. vid. disput. meas ad Wesenb. 5. q. v. s. 1.*

XV.

Notorium factum cum inculpatur, luce clarius constare dicitur. *c. sciscitaris 7. 47. q. 1. siquidem nihil potest esse clarius aut illustrius ipsa evidentiā & perspicuitate, Cicero Acad. quest.* Unde cum notorium aliud sit facti, aliud juris, aliud præsumptionis. *gloss. in c. vestra 7. verb. notorium. extr. de cobab. Cleric.* notorium autem facti sit, quod ita se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari; juris autem notorium sit, de quo aliquis condemnatur vel jure confessus est, præsumptionis vero ut paternitas, filiatio. *d. gl. in c. vestra 7. i. deoqve notorium ex fama indiget purgatione & indicitibus debet. c. tuos nos 8. extr. de cobab. cum aliis in notoriis purgatio non indicenda, sed condemnationis sententia ferenda sit. cap. penult. extr. de purgat. Canonica.*

C A P. XXV.

Novatio. *vid. supra Innovatio.*

Axioma I.

Novatio non est præsumentia, ubi non apparet. *l. fin. C. de novat. Wesenb. 2. consil. 73. num. 4. Alex. in consil. 72. num. 8. vol. 6. in dubio enim non videtur à prima obligatione recessum, Port. Imol. consil. 5. num. 52. nec præsumentur quis velle renunciare juri quæsito ex priori obligatione. Socin. consil. 21. num. 3. vol. 1. maxime quando non sunt urgentes, & verisimiles conjecturæ in contrarium. Celf. Vgo consil. 172. num. 14. Bertazol. 1. consil. decis. consil. 63. num. 2. cum de jure novo & communi Dd. sententia generaliter nec ipso jure, nec ope exceptionis fiat novatio, nisi expresse id agatur. l. fin. C. de Novat. §. præterea. Institut. quibus mod. toll. obligat. Dec. consil. 400. num. 1. ubi tamen hoc num. 9. vers. his stantibus. limitat, dum ait; quod in incompatilibus contractibus, quales sunt societas, mutuum etiam hodie censeatur, facta novatio etiam si id expresse non agatur, cui ad stipulantur & Bald. in l. fin. C. de Novat. & consil. 308. vol. 1. Gabr. Roman. l. 3. concl. tit. de Novat. concl. num. 60. vers. quarto limita. Cagnol. in repet. l. singularia 103. num. 130. vers. tu dicas. ubi hanc limitationem communi Dd. sententia comprobata testatur. Unde & in translatione debiti ex causa mutui facta in causam depositi fieri novationem, etiam si id expresse non agatur, dixit Bald. consil. 128. vol. 2. allegatus à Gabr. Rom. d. concl. 1. n. 63. vid. Regner. Sixtin. 1. Consil. Marpurg. num. 63. & 65. Si contra-*

ctus sint incompatibiles, Novatio inducitur, quando de eà nihil est expressum in Instrumento, aliàs non. *V. Valeron. de Transact. tit. 5. q. 4. n. 10. seqq.*

II.

Novatio species est solutionis. *l. si rem. 31. §. fin. ff. de novat. Jaf. in l. cum qui §. qui sibi. n. 14. per §. præterea. Institut. quibus mod. toll. obligat. Wesenb. 2. consil. 72. num. 18. Sebal. Medic. de Novat. part. 1. quest. 6. n. 16.*

C A P U T. XXVI.
Noverca.

Noverca præsumentur malè affecta in privignos. *l. non est enim 4. ff. de inoffic. testam. l. 1. C. quibus in caus. cess. long. temp. prescript. gloss. in elem. 2. de re judic. Joh. de Garron in repet. rubr. C. de secund. nupt. n. 98. citatus à Castrenf. consil. 185. vol. 1. Tiraquel. de LL. Connubial. p. 99. l. 1. num. 196. Decian. consil. 49. n. 2. vol. 2. Unde etiam Novercam quasi nocentem arcum dictam, putavit Accurs. in §. socium. Institut. de nupt. Eamque ob causam privignum non cogi stare aut habitare cum noverca, propter mutuum inter eos odium præsumentur, tradunt Aretin. in l. si discipul. ff. ubi pupill. educ. deb. Bald. in Auth. hoc locum. C. si mulier. secundo loc. nups. & in l. si ea. C. de cond. insertis. nec noverca potest esse tutrix privigni. Bald. in l. 2. C. de N. G. Hinc jura præsumentur, quod quicquid pater facit contra filios habentes novercas, id fecisse præsumentur novercalibus persuasionibus, ita docent Bald. Angel. Castr. & alii in l. hoc colore. ff. de inoffic. test. Bertrand. consil. 22. num. 4. vol. 3. conf. Mævium ad jus Lubecense part. 2. tit. 2. artic. 2. n. 21. & seqq. & facit quod renunciaciones factæ per filios habentes novercas de bonis & hereditate paterna factæ præsumentur, propter insidias novercales, ideoq; infirmari & annullari facilius dicebat Curt. & post eum Cagnol. in d. l. hoc colore. num. 9. Inter novercam enim & privignum esse intestinum odium haut est incredibile. *gloss. in Clement. Pastoralis. verb. noverca. de sentent. & re judic. ubi habetur quod noverca gaudeat favere in afflictos privignos, idem testatur Angel. in l. non est de inoffic. testam. ubi ait, quod noverca propter fallas suggestiones inducant maritos ad injuriã faciendam sanguini proprio: facit quod tradit Borgnin. de usufruct. mulier. relict. 38. vers. & est ratio. p. 303. ubi notat, quod Noverca præsumentur inimica privignorum, & quicquid pater adversus filios facit, præsumentur persuasione Novercæ fecisse, quod etiam non latuisse Poetas, patet ex Bucolicis Virgillii:**

Est mihi namque domi pater, est injusta noverca,

& alibi:

Pocula si quando sava infecere Novercæ.

Qvo pertinet & illud Ovidii:

Sæviet in partus dira Noverca meos.

Et in Metamorphos.

Lucida terribiles miscent aconita Novercæ!

Ex quo etiam fluit illud, quod liberi apud Novercam educari non debeant. *l. 1. C. ubi pupill. educar.*

educar. debet. Aretin. in d. l. si disceptetur. eod. tit. Bald. in Auth. hoc locum. C. si mulier secund. nuptiarum. Et in l. si ea. C. de condit. insert. Bellon. consil. 31. num. 5. Sylvan. consil. 28. n. 19. Ruin. consil. 34. n. 3. vol. 2. etiamsi testator id disposuisset: quia ad prætoris officium spectat, ut à voluntate patris nonnunquam recedatur, quò sine ulla maligna suspicione alatur partus & educetur. d. l. ubi pupill. educ. deb. quod etiam non absque ratione eosque extenderunt Dd. ut filium ne quidem apud matrem, quæ ad secundas nuptias transivit, educandum censeant. per d. l. i. C. ubi pup. quia tum mater est suspecta, & præsumitur majorem habere affectionem ad maritum novum, quam ad liberos ex matrimonio priori procreatos. gloss. & ibi Bart. in l. lex quæ tutores. C. de administrat. Bald. in l. humanitatis. Cod. de impuber. substitut.

CAP. XVII. Novitas, Novum, Novissimum.

Axioma I.

Ea quæ de novo emergunt, novo auxilio indigent. c. insinuante 25. extr. de offic. delegat. cap. ult. extr. de resit. in integr. c. ceterum 4. extr. de jurament. calum. C. Pastoralis 4. extr. de exception. l. de atate u. s. ex causa 8. ff. de interrog. act. Marant. p. 6. de dilat. num. 21. Barthol. Brixien. quest. 3. num. 5. Gail. lib. 1. obs. 91. num. 12. in rebus enim novis novum est remedium & consilium suggerendum. d. l. de atate. s. causa. cap. nulli 8. ibi: nisi ex causis postea emergentibus. de elect. & elect. potest. in 6. Jac. Mandellus consil. 9. num. 30. Et seqq. Unde & ob id ex nova causa à constitutione, testamentorum dispositione, juramento, qualibet obligatione, privilegio, pactis & conventionibus receditur; quemadmodum hoc pluribus per leges & exempla ibid. allata latissime demonstrat Marfil. in l. s. si quis. n. 20. ff. de quest. Et post eum Pacian. consil. 134. n. 14.

II.

Novitates non sunt inducendæ. l. veltigalia 2. Et ibid. Salicet. col. 1. C. veltigal. nov. l. penult. ff. de decret. ab ord. faciend. novitates enim plerumque sunt suspecta. Wesenb. in paratit. ff. quod quæque jur. stat. num. 2. & pariunt plerumque discordias ac odiosa sunt, & per consequens iis non favendum. c. consuetudines 9. de consuetud. etiamsi communis utilitas novitatum inductionem svadeat, teste Salicet. in l. i. C. nova veltigal. imponi. Consil. Arg. I. consil. 2. num. 25. cum seqq. siquidem novitas ejus, quod admodum diu obtinuit & æquum justumque; visum est, periculosa censetur. Ant. de Butr. in cap. non debet. de consangu. & affinit. ideoque quoad ejus fieri potest fugienda. cap. quod dilectio 3. de consangu. & affinit. l. in rebus novis 2. de consil. Princ. etiamsi res eò deducta fuerit, à quo incipere non potuit, quod semel utiliter constitutum est. l. in ambiguis 85. s. non est novum 1. ubi Dec. & Cagnol. de R. I. Unde & quæ novo more contra formam statutorum facta sunt, reformari debent. l. 6. C. de accusat. Merckelbach. a-

put Klock. i. consil. 6. num. 15. Varietas enim temporum & factorum etiam jurium & statutorum variationem inducit. Brunnem. ad l. 4. C. de Murrileg.

III.

Aliud est fieri de novo, & aliud quod factum est crescere vel extendi. Bertazol. lib. 1. consil. decis. consil. 63. num. 8. quia tunc dicitur novum, cum primum totaliter est extinctum, & reviviscit Castren. consil. 389. per tot. vol. 1. quod autem extenditur, non mutat suum esse. l. sed si manent. s. ff. de precar. Hinc fluit (1.) si ob contractum aliquid fisco inferendum, non est hoc denuò inferendum, si traditio diu post contractum fiat; traditio enim est saltem contractus implementum. (2.) si resolutio contractus fiat ex priori contractu, v. g. exacto de retrovendendo vel lege Commissoria, laudemium denuò non est solvendum. (3.) si Felonia Vasallo remissa, feudum tamen ob id non est novum, sed revertitur ad antiquam suam naturam. (4.) si ex pacto vel consuetudine subditi elocare teneantur filias principis, non tamen tenentur ad dotandam filiam in secundis nuptiis. Brunnem. C. de Consul. in fin.

IV.

Novitii in officio tenentur Primoribus illius militiæ, artis, officii, corporis aliquid præbere, pro accessu & incorporatione, l. pen. s. 2. de leg. 3. quod dicebatur Sportulæ, l. 6. s. 1. de Decur. hoc autem prohibitum graviter est clericis. Nov. 56. cap. a. Perez. C. de proxim. Sacr. Scrip. num. 7.

V.

Qui de novo aliquid, e. g. Nobilitatem, Legitimationem acquirunt, præsumitur Jus illud antea non habuisse. Valeron. de transact. tit. 5. q. 4. num. 22. seqq.

VI.

Novo patrifamilias in exigendis creditis a quæ ac novo nupto interdum parcimus. Cujac. lib. 9. qq. Papin. ad l. 4. s. soli. Quod cum eo qui in alien. p. 220. idem ad l. 2. C. eod. n. me, de præsidis debiti. egent. pag. 3.

VII.

Novum non dicitur quod est ex declaratione, à Ymo Cravett. consil. 755. n. 2. per l. heredes palam 21. s. 1. vers. sed si notam. ff. qui testam. fac. poss. & ut Jctus ait in l. adeo 7. s. cum quis ex aliena 7. in fin. ff. de acquir. rer. domin. novam speciem qui excutit, non facit, sed eam, quæ est, detegit. Sed & quod continuatur unum & idem, non diversum & novum est negotium. l. continuus 137. ff. de V. O. l. si quis ita legaverit 8. ff. de condit. & demonstr. Tiber. Decian. resp. n. n. 18. cum. seq. vol. 1.

VIII.

Novum semper aliquid Natura producit. Nov. 73. in præfat. Nov. 74. cap. 1. 2. Feud. 24. s. 2. secundum etiam novam sententiam pronunciat Imperator. l. ult. de jure fisci.

IX.

Novissima derogant prioribus, l. pacta novissima 12. Et ibi Dd. C. de pact. l. si unus 27. s. pactus ne peteret 2. ff. eod. tit. latè Dd. citati à Barbosa ad d. l. 12. n. 3. Et seqq. C. de pact.

Intellige